

RECTOR

ACADEMIAE LVDOVICIANAЕ

ERNESTVS FRIDER.

NEVBAVER

S. THEOL. DOCTOR EIVSQUE ET ANTIQVITATVM
NEC NON GRAECARVM AC ORIENTALIVM LITTE.
RARVM PROF. PVBL. ORD.

STIPENDIATORVM HASSIACORVM EPHORVS
ET DEFINITOR

VNA CVM VNIVERSO

SENATV ACADEMICO

PRAELECTIONES AESTIVAS

TAM PVBLICAS QVAM PRIVATAS

RITE INDICIT

ET AD EAS SEDVLO AC DILIGENTER AVDIENDAS

GENEROSOS NOBILISSIMOSQVE

ACADEMIAE CIVES

PERAMANTER INVITAT.

P. P. DIE XI. APRIL. cls lccc xlvi.

SVB SIGILLO ACADEMIAE MAIORI.

G I S S A E

TYPIS EBERH. HENR. LAMMERS ACAD. TYPOGR.



In Facultate Theologica.

D. IO. GEORG. LIEBKNECHT,

Facult. Theol. & totius Acad. Senior.

Publicarum lectionum loco, exercitium disputatorium per semestre instans instituet, quo in *πρωτημιατε* quaedam impressa proponet: *Privatim* Historiae Eccles. finita V. T. nunc N. T. addet, nec iis deerit, qui vel *Theol. positivam* vel *Exegetico-Practicum* sibi expetierunt.

D. REINH. HENR. ROLLIUS,

Prof. Publ. Ord.

Lectiones *publicas* in *historiam Ecclesiae novissimam*, a pace Westfalica ad nostra usque tempora, ad celeberrimi CYPRIANI ductum, superiore semestri coeptas, continuabit, alternisque vicibus in *historiam Resurrectionis Dominicae* secundum quatuor Evangelistas commentabitur; additurus & horis quibusdam separatis, *exercitium disputatorium* in Syllogen controversiarum. *Privatim* in *tra-*
denda Theologia dogmatica, methodo sibi consueta, perget, eamque, facto a tertia Compendii BAIERIANI parte initio, hoc ipso, quod nunc ingredimur, semestri ad finem, bono cum Deo, perducere studebit.

) 3 (

IO. HERM. BENNER

b. a. Decanus.

Exegesi & praxi homileticae nuper operatus, vel eandem porro fricabit aristas, vel *cel. REVSCHII* introductionem exponet. Priuatim, *dogmaticam*, aut *moralem*, aut *utramque*. *Polemicam* interferet. Methodum facilem, sine vexatione memoriae, sequetur.

ERNEST. FRID. NEVBAVER,

*Theol. D. eiusque Prof. ord. Alumnorum Princip. Ephorus
& Definitor.*

Praeter lectiones *publicas* in *actus apostolicos*, variis observationibus exegeticis illustrandos, priuatim docebit *theologiam dogmaticam*, adductum b. BAIERI, ea lege, ut prolatis ante omnia expositisque ex fonte graeco vel ebraeo dictis scripturae probantibus, ceu doctrinarum sedibus, cuncta cum cura dilucidet probetque, potiores controversias inspergat, & ad praxin fidei vitaeque christianae vniuersa adplicet, collatis subinde b. DIETERICI nostri *institutionibus catecheticis*, longe praestantissimis, quod a plerisque olim in scholis memoriae sunt mandatae. Pertractatas materias breui examine, cum prouectionibus instituendo, repetet & inculcabit. Utque annuo spatio totum hunc campum emetiri possit, praeter horam VIII. matutinam, singulis diebus huic instituto consecrandam, duas alias per hebdomadam horas addet. Praeterea disputationes *publicas* in b. MENZERI F. *quaestiones theol. ad Aug. Conf.* denuo auspicabitur, id denique b. c. D. operam daturus, ut alumni Principales tum in litteris, tum in pietatis studio moribusque fideliter manuducantur.

In Facultate Juridica.

D. IO. FRIED. KAYSER,

*In Regimine & Consistorio Ecclesiastico Director. Jur. P.P.O.
& primar. nec non rerum Oeconomicarum in Alma
Ludoviciana Inspector perpetuus.*

QUANTUM per occupationes practicas negotiorum pu-
blicorum licebit, Nobiliss. Dn. Dn. Commilitonum
studia, saltem per Collegia privatissima & selectiora Ju-
risprudentiæ capita, Disputationibus publicis ventilanda,
pro virili sua parte sedulo promoveri non desistet.

**D. FRANCISCVS IVSTVS
KORTHOLT,**

Prof. Jur. Ordinar. & Acad. Syndicus, h. a. Decanus.

Publice exercitia disputatoria super potioribus iuris con-
trouersis continuabit. *Privatim* praelectiones ad BOEH-
MERI *ius digestorum*, superiore semestri ad L. XXXIX.
productas, absoluet. De integro *ius publicum* duce *Illustr.*
MOSERO, & *ius feudale* ex praeceptis *Perill. SENCKEN-*
BERGII interpretabitur.

D. IO. ERNEST. HOEPFNER,

Prof. Jur. Ord.

Publice Jus Criminale duce Cl. BOEHMERO de novo
tradet. *Privatim* Jus Canonicum ut & Jus Digestorum
secun.

) s (

87

secundum Illustr. BOEHMERI institutiones & introductionem explanabit.

IO. CHRISTOPH. BALSER, J. U. L. P. P. O.

Publice b. HEINECCII *Elementa Juris secundum ordinem Institutionum* exponere perget. Privatim denuo *Digesta*; simulque *Jus Canonicum* duce ill. D. BOEHMERO explicabit. Ceterum ad desiderium Nobiliss. Dnn. Commilitonum *Juris Feudalis* nec non *Germanici* lectiones adjunget.

GEORG. WILH. WAGNER,

*Jur. Lic. eiusque Prof. extraord. & Facult. Jurid.
Assessor.*

Publice ductu thesium scriptarum docebit praecognita iuris publici romano-germanici, quo historia imperii, nec non doctrina iuris publici vniuersalis, imprimis de iuribus Maiestatis, pertinet. Privatim *Elementa iuris civilis* ad ordinem *Institutionum* duce HEINECCIO, nec non *eiusdem*, vel ill. BOEHMERI *Digesta* explicabit, hac lege, vt horae quaedam extraordinariae traditorum repetitioni, ac disputationibus destinentur. Collegium quoque iuris feudalis, aut Introductionem ad Praxin fori, aliaue pro desiderijs Praenob. Dn, Dn. Commilitonum decenter offert.

In Facultate Medica.

D. IO. CAS. HERTIVS, P. P. O.

Publice, quantum per valetudinis rationem licebit, demonstrationibus plantarum vacabit; Privatim vero Osteologiam tradet, Winslovii ductum sequuturus.

LVD. HENR. LEO HILCHEN,

Med. D. & P. O.

Publice Semiologiam docebit. Privatim institutiones, materiam medicam & Praxin specialem exponet. Privatissime vero cursum universae medicinae exordietur.

In Facultate Philosophica.

IO. LVDOVICVS ALEFELD,

Philos. naturalis Prof. ord.

Finis ante paucos dies praelectiones publicas in *Philosophiam naturalem uniuersam* de novo exordietur, in id omni studio elaboraturus, ut perspicue ac solide cuncta tradat, iunctis quoque, ubi opus visum fuerit, potioribus experimentis. Privatim *Historiam philosophicam*, intra paucos menses ad finem perducendam, ita enarrabit, ut Physices imprimis rationem habeat, eiusque ortum & incrementa per diuersas temporum periodos dilucide ostendat.

D. ERN. FRID. NEUBAVER,

Archaeologiae, sacrarum & reliqq. orient. lingg. Prof. ord.

h. t. iterum Decanus.

Operam publicam *Antiquitatis apostolicis*, in graeco fonte scrutandis, impendet, incepturus a capite vicesimo, ubi nuper

nuper substitit. Priuatim docebit, quae desiderata fuerint, velut *ebraicam* linguam, vel in facilioribus, vel in difficilioribus ebraei codicis libris, & *orientales* linguas ceteras, ad *antiquitates* quoque *ebraeorum* paratissimus.

ERNESTVS THOM,

Philos. pract. P. P. O.

Publice *Io. Henr. Winckleri institutionum philosophiae Wolfianae partem II. actiuam*, qua disciplinae morales coniunctim traduntur, explicabit. Priuatim vero *Heineccii elementa iuris naturae & gentium* ad vsum studiosorum iuris maxime accommodata illustrabit. Iis etiam inservire studebit, qui *politicae* separatim operam dare volunt.

CHRISTIANVS FRID. MEIS,

Phil. ac I. V. D.

Publice post absolutam Geographiam Heraldicam explicabit. Priuatim Institutiones Iurisprudentiae vniuersalis celeb. *DARLES* interpretabitur: *Historiam Statuum Europaeorum* duce *Illustri GEBAVERO* exponet: *Antiquitatesque Iurisprudentiam Romanam* illustrantes ad ductum *HEINECCII* eruet.

ANDREAS BOEHM,

Ph. D. Log. & Metaph. P. P. O.

Collegia *disputatorium & mathematicum* continuabit. De nouo *Logicam* auspicabitur, quatuor quaque hebdomade horas illius *explicatione*, duas vero, vel pro argumenti dignitate tres per septimanam *manuductione ad praxin* consumpturus. *Metaphysicam* quoque inchoabit rursus, utque eo feliciori successu in difficillima hac scientia progrediantur

grediantur Hon. Comm., vnam quotidie *generali* ipsius *expositioni*, tres vero singulis hebdomadibus horas *speciali difficillimorum locorum illustrationi* impendet, secuturus vel Perill. L. B. de WOLFF, vel celeb. BAVMEISTERVM. Collegium novum *mathematicum* desiderantibus, *privatissimum* vero *algebraicum* selectis ingeniis offert, & cuicumque alii Dn. Comm. honesto desiderio satisfacere diligentissime studebit.

HENR. CHRISTOPH. NEBEL,

Vtr. Eloqu. P. P. O.

PVblice Orationem aliquam Ciceronis & Horatii Odas, quae restant, interpretabitur: priuatim Eloquentiam, duce Heineccio in fundamentis stili cultioris, vt & Artem Oratoriam, auctore Gottschedio, exercebit: nec iis, qui priuatissimos labores desiderant, operam suam denegabit.

CHRISTOPH. LVD. KOCH,

Jur. Lic. Prof. Hist. Ord. & Juris extraord. nec non

Bibliothecar. Acad.

HAbita prius *oratione inaugurali*, *lectionibus publicis* *historiam Regnorum Europae* duce PVENDORFIO vel *Illustr. GEBAVERO* enarrabit; *privatis historiam Imperii Rom. Germ.* more consueto denuo exponet. *Historiae literariae* cultoribus operam suam promittit. *Bibliothecam publicam* sedulo aperiet. *Lectiones Juridicas, Institutionum, Juris Feudalis & Germanici* singulari programmate indicabit.

PRaeter ista, generosis quoque ac nobilissimis ciuibus, de *luculenta equitandi, pugnandi gladio, saltandique, palaestra, Gallicae itera & Italicae linguae* scholis, per magistros earum peritissimos, publice constitutos, abunde prospectum est.